

Página de Cotrolo

413
H B
18
14(71)



Illustrissimo Domino,
 Excellentissimo Principi,
 Viro ter Maximo,
 Maximo Seruorum,
 Maximo Princiorum,
 Cui fabricata sine ulla natura proluxit,
 Maximo Sacerdotum
 Quia Primatus Hispania a meritis obtinuit
 Domino Deo Gregorio de Souza
 Gregorius Cortis Regis Portugaliae
 D. V. C.



AUGUSTISSIMÆ PRINCEPS



LNGRATI notam incurrerem profecto, Illustrissime Domine, si, tot acceptis beneficiis, hac saltem animi mei significatione non responderem. Multa sunt, inquit Seneca, ingratorum genera: ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit; ingratus est, qui dissimulat: ingratus, qui non reddit: ingratiſſimus omnium, qui oblitus est. *Quam ob rem, I. D. & si compensare n n possum, non nego, quam multa, eaque singularia à Te acceperim beneficia quibus [fateor] me, meos que devinxisti in perpetuum necessarios: Singula non*

Senec. Phil. 1. 3. c. 1. de Benef.

vacat recensere; illud tamen tacitus non omittam; quando, scilicet, mihi privatim, ea, qua soles benevolentia, Ordines minores contulisti: quanto me tunc fueris amore complexus, quanta humanitate, quantis me affeceris honoribus, dissimulare alterum esset genus ingratiſſitudinis, quorum omnium memoriam nullum tempus poterit abolere: Nec tamen ego solum tanti boni sum particeps: ad omnes extenditur tam beneficiſſyderis influxus: ad inopes præsertim, quorum intercedis casibus, ac miseriam sublevas: non in animum, sed in ærarium recipis divitias, ut inde pauperibus largiaris. Religiosæ monasterij B. V. à Conceptione in Oppido de Chaves siti Te Patronum suum munificentissimum proclamant; alij Conventus Monalium in Oppidis de Guimaraens, de Barcellos, de Villa Real extructi Te suum Reformatorem non negabunt. Omnes Te diligunt; quia Tu omnes benigno vultu excipis, & gratissima comitate alloqueris. Hac de causa; si morbo aliquo vehementius urgeris, nemo est, qui Tuam vicem non doleat: luget Senatus, mærent Ecclesiastici Ordines, tota civitas confecta senio est; oves denique ipsæ tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum desiderant Pastorem. Quid, dicam de Tua vigilantia? Non te vis hyemis, non longitudo itinerum, non asperitas viarum, non ægritudines, non mille alia incommoda in causa sunt, ut tam extensam non visites Diocesim. Uno verbo dicam, quod non sine ingenti cordis mei lætitia inter loquendum sæpius audivi, & quod soleo crebris usurpare sermonibus, Te scilicet, perfectissimum esse Prælatorum speculum, & exemplar, ad quod illi suos mores componant, & cui possint, ac debeant conformari. Clarissimam Tui Generis Prosapiam, Gentiliciæque Tuæ nobilitatis stemmata in medium proferre erat animus; sed considero, quid Tua modestia pati possit: Satis sit dicere, Te à Serenissimis Hispaniarum Regibus, per longissimam tot annorum seriem originem ducere. Sed (illuc jam redeat sermo, unde rerum dicendarum ubertate diverterat) quoniam tot, tantaque beneficia compensare non possum, immortales (quod mei officij est) habeo gratias; & in leve gratissimi animi signum hoc munus sisto: spero fore, ut non displiceat Tibi [quod eveniet] si non æstimatione, sed ex affectu donantis illud metiaris: Quod si potitus votus fuero, erit cur non parum mihi gratulandum censeam, Deum Opt. Max. comprecatus, ut Te quam diutissime incolumen servet ad maius Ecclesiæ Bracharenſis emolumentum, ad animarum salutem, ad Orbis denique terrarum admirationem.

PRINCIPALIORI, DIFFICILIORIQUE CERTAMINE OFFERT ENODANDUM.

...aditor, qui rem alteram vendidit. Et tradidit emptori, si postea justam ... Dominus factus eam vendicare intendat, repelli possit exceptione rei vendite, & tradite.

PROPRIMO
 PALLADIO PERICULO SUBEUNDO,
 CÆSAREAS
 CONCLUSIONES
 DEDUCTAS

EX

ACUTISSIME, SUBTILISSIMEQUE NOTATIS AUREOQUE CALAMO
 scriptis ad perutilem pariterque difficilem tit. ff. de exceptione rei venditæ,
 & traditæ lib. 21. tit. 3.

SUB CLYPEO

PRÆCLARISSIMI, PARITERQUE SAPIENTISSIMI DOMINI D.

EMMANUELIS A' GAMALOBO.

JURIS CÆSAREI PROFESSORIS PRIMARII ACUTISSI-
 mi, in Bracharenfi Sede Canonici Doctoralis emeritissimi, in Causis Fidei
 Judicis æquissimi, ad majora dignitatum culmina, & fastigia jure
 merito evehendi.

DEFENDENDAS PROPONIT

JOANNES ALVARES DE
 CARVALHO

Suo quinto Juris Civilis anno, die 12 hujus mensis hora *suave*

PRO PRINCIPALIORI,
 DIFFICILIORIQUE CERTAMINE OFFERT ENODANDUM:

Utrum venditor, qui rem alienam vendidit, & tradidit emptori, si postea ejusdem
 rei Dominus factus eam vendicare intendat, repelli possit exceptione rei ven-
 ditæ, & traditæ?

PROPRIO PRIMO
PALLADIO PERICULO SUBVENIENDO
CESAREAS
CONCLUSIONES
DEDUCTAS

EX

ACUTISSIME, SUBTILISSIMEQUE NOTATIS IUREQUE CALAMO
scriptis ad periculum periculum diffidit in. ff. de exceptione rei vendite,
& tradit. lib. 2. tit. 3.

SUBCEPTO

PRÆGLARISSIMI, PATRIÆQUE SAPIENTISSIMI DOMINI D.

EMMANUELIS A GAMA LOBO

JURIS CÆSARIS PROFESSORIS PRIMARI ACUTISSI
mi, in Bracharone Zede Canonici Doctoris acutissimi, in Cassis Fides
Judicis apertissimi, ad magora dignitatem cultum, & fignis juve
morio excedendi.

DEFENDENDAS PROPONIT

JOANNES ALVARES DE
CARVALHO

2no quinto Juris Civilis anno, die 2 hujus mensis horat

PRINCIPALIORI
DIFFICILIORIQUE CERTAMINE OFFERT ENODANDUM:

qui non venditor, qui non alienum vendidit, & tradidit emptori, si possit eisdem
rei Dominus factus eam vendicare intendat, repellit posse exceptione rei vendite
dite, & tradite.

PERICULUM PRIMUM

AD F. C. ULPIAN. LIB. 76. AD EDICTUM IN L. MARCELUS
scribit: 1. in principio, & §. fin. ff. de exceptione rei venditæ, & traditæ, & ad f. C.
Labeonem lib. 4. posteriorum in l. bona fides 50 ff. de actionibus empti, & venditi.



EXCEPTIO rei venditæ, & traditæ, quæ generali nomine exceptio doli solet denominari, defini potest: *Quod sit species exceptionis doli mali, quæ opponitur venditori, ejusque successoribus evincenti rem, quam ipse vendiderat.*

Ut locum habeat exceptio ista rei venditæ, & traditæ, requiritur, quod vera, & propria venditio præcedat.

Et cum promissio de vendendo non sit vera, & propria venditio, ideo exceptionem rei venditæ, & traditæ, non producit.

- 4 Etiam promissio de donando non est vera & propria donatio.
- 5 Similiter ex promissione de mutua pecunia accipienda, verum, & proprium mutuum non resultat.
- 6 Ex pacto de retrovendendo, sive de revendendo, vera & propria venditio non oritur, adeoque dicimus ex tali pacto exceptionem rei venditæ, & traditæ non competere; notabis tamen, quod ex adjectione hujusmodi pacti non redditur contractus emptionis generativus.
- 7 Contractus emptionis, & venditionis solo contrahentium consensu perfecte celebratur.
- 8 Quare contractus emptionis, & venditionis, distinguitur, & differt à contractu permutationis, licet ab illo originem ducat.
- 9 Ut detur contractus emptionis, & venditionis requiritur, quod pretium pro re vendita sit pecunia, alias non dabitur emptio, & venditio.
- 10 Contractus emptionis, & venditionis est titulus habilis ad transferendum dominium.
- 11 Exceptio rei venditæ, & traditæ præsupponit traditionem ipsiusmet rei venditæ factam emptori per venditorem, & ut emptor tali exceptione defendatur, debet prius pretium conventum solvere venditori.
- 12 Antequam emptor pretium solvat venditori, dominium rei emptæ non acquirit, quanvis per venditorem ei res vendita tradatur.
- 13 Emptor non habet actionem exempto adversus venditorem, si prius non sit pretium solutum; sicut nec habet actionem causa data, causa non secuta.
- 14 Idem dicendum si emptor partem pretii solverit, quia tunc ei non dabitur actio exempto.
- 15 At si fuit habita fides de pretio inter emptorem, & venditorem, tunc contrarium est judicandum; quia transit dominium in emptorem ante pretii solutionem.
- 16 Eodem modo debemus asserere dominium transire in emptorem, si res vendita fuit tradita cum pacto legis commissoria, vel cum pacto commissorio.
- 17 Et in tali casu emptor habebit non solum actionem exempto, sed exceptionem rei venditæ, & traditæ adversus venditorem.

- 18 Quæres utrum intelligatur habita fides de pretio, quando emptori simpliciter fuit facta traditio de re vendita? In hac quaestione nobis placet negare.
- 19 Quando agitur de venditione rerum fisci, & pupili non transit dominium ad emptorem habita fide de pretio, sed in venditione requiritur vera pretii numeratio.
- 20 In venditione rei fiscalis, supposita pretii numeratione, poterit Cæsaris procurator dominium ipsius rei fiscalis in alium transferre? Quare non?
- 21 Emptor exceptionem rei venditæ, & traditæ non habet, si pretium solvere recuset fretus beneficio novarum tabularum.
- 22 Quod procedit non solum eo casu, quo venditor rem venditam simpliciter tradit emptori, sed etiã casu, quo traditionẽ fecit, habita fide de pretio.
- 23 Venditor, qui rem alienam vendidit, & tradit emptori, si postea ejusdem rei dominus factus, eam vindicare intendat, juste repelli potest per hanc exceptionem rei venditæ, & traditæ.
- 24 Emptor hac exceptione rei venditæ, & traditæ defendi potest, si possessionem ipsius rei sibi venditæ sine vitio acquirat aliunde, quantumvis non per traditionem ab eodem met venditore factam.
- 25 Tamen dicendum, quod exceptio ista doli non habet locum contra dominum, & patrem vendicantes servos, & filios suos, quando ita postulat utilitas publica.
- 26 Hanc exceptionem doli non habet emptor adversus venditorem dominum jam factum ex aliquo dominio ab ipso venditore translato, sed ab alia diversa causa.
- 27 Licet nemo possit venire contra factum proprium, attamen hoc non debet intelligi, quando venit in utilitatem alterius.
- 28 Emptor habet exceptionem rei venditæ adversus uxorem, quæ vendidit bona sua in fraudem & contra S. C. Veleyanum.
- 29 Venditio de re aliena est valida, tamen manumissio servi alieni facta absque consensu domini ipsius servi manumissi ipso jure est nulla.
- 30 Eodem modo erit invalida, & nulla venditio hominis liberi, & rei sacræ.
- 31 Si venditor ultra dominium, quod postea acquisivit, habeat aliquam aliam justam causam, qua juretur ad rem vendicandam, illam secure vindicare poterit.
- 31 Principales autem causæ, propter quas venditor vindicare potest rem jam venditam assignabimus in conflictu.

PERICULUM SECUNDUM

AD. 7. C. ULPIAN. LIB. 76. AD EDICTUM IN L. MARCELUS SCRIBIT: I. in §. sed, & si dominus 1. ff. de exceptione rei venditæ, & traditæ.

- 1 **H**ERES venditoris etiam repellitur per exceptionem rei venditæ, & traditæ, si intentet vindicare rem jam venditam, & traditam.
- 2 Eadem exceptione repellendus est heres fideiussoris, si vindicare intendat.
- 3 Quod etiam procedit eo casu, quo heres venditoris antecederet dominium rei venditæ habebat.
- 4 Hinc oportune potest quæri, utrum detur hæc exceptio doli contra venditoris heredem, si venditio fuit celebrata contra legem aliquam, vel quando datur favor libertatis? Ad hanc interrogationem negative respondemus.
- PERI-

PERICULUM TERTIUM

AD J. C. ULPIAN. LIB. 76. AD EDICTUM IN L. MARCELUS
scribit: in §. Si rem meam; 2. usque ad §. Celsus ait 3. ff. de exceptione rei venditæ,
& traditæ.



HXCEPTIO ista doli nocet domino rei venditæ, etiam si alius vendat, & tradat, dummodo hoc faciat de mandato ipsius domini.
Hoc etiam indubitanter tenemus, etiam si alius, qui de mandato Domini vendidit, vendat, & tradat habita fide de pretio.
Contrarium enim, dicimus, si procurator vendat rem Domini mandantis minori pretio, quam ille mandaverat; quia tunc illi dabitur hujusmodi exceptio doli.

8 Eadem est resolutio, quando à Domino exprimitur in mandato causa, propter quam venditio fieri debeat, scilicet ut creditoribus satisfiat; quia tunc non valet venditio interposita fide de pretio.

PERICULUM QUARTUM

AD J. C. ULPIAN. LIB. 76. AD EDICTUM IN L. MARCELUS
scribit: in §. Si servus 4. usque ad finem ff. de exceptione rei venditæ, & traditæ, & ad Imp. Justinianum in §. recuperandæ 6. Inst. de Interdictis.



SI servus merces peculiater emerit, & ante traditionem ipse servus liber esse jussus fuerit, si postea venditor prædictas merces emptori tradat, & venditor vindicare intendat, repellendus est, non exceptione rei venditæ, sed exceptione in factum.
Servus post manumissionem, non tenetur ex contractu in servitute celebrato.
Quare inferes, contra ipsum servum nullam dari actionem proveniente ex obligatione in servitute acquisita.

12 Magnum dissidium est, utrum quando servo in testamento manumisso peculium legatum sit, & postquam libertatem consecutus est, conveniendus sit ratione contractus in servitute gesti? Negative resolvimus.

13 Idem dicendum, quando ipse servus cum suo peculio alteri fuerit legatus; quia etiam tunc conveniendus est heres, non vero legatarius.

14 Licet inter emptorem, & legatarium detur qualis qualis æquiparatio tamen

contra

- 744
- contra emptorem dabitur actio de peculio, non autem adversus legatarium.
- 15 Quando penes venditorem, & emptorem servi aliquod peculium, seu aliquid, quod loco peculii subrogatur, invenitur, uterque de peculio à creditoribus conveniri potest.
- 16 Actio de peculio est perpetua, & semper contra dominum competit, dum servus, qui peculium habet, est in ejus potestate.
- 17 Et hæc perpetua competentia actionis de peculio etiam durat, si in fraudem, & odium creditorum dolo malo fuit ademptum.
- 18 E contra vero si peculium extinguitur, vel admittatur bona fide, tunc non competit actio perpetua, sed actio de peculio intra annum.
- 19 Quæ dicimus de peculio servi, eadem accipienda de filiorum peculii, ita ut extincto filii peculio, competit actio de peculio annalis adversus patrem.
- 20 Simili modo discurrendum, quando tale filii peculium extinguitur per mortem, vel de portationem patris, quia in primo casu datur actio contra patris heredem, in secundo vero adversus fidei.
- 21 Servus pro delicto in servitute commissio, postquam manumissus est, directo conveniri potest.
- 22 Sed dum in servitute est, non potest directo conveniri, sed dominus ipsius conveniendus erit noxali actione. Hoc tamen intelligas, si agitur civiliter, quia si criminaliter intentetur actio, tunc directo conveniendus erit servus.
- 23 Quæres utrum servus conveniendus sit directo post manumissionem, si delictum, quod fecit, sit contra Dominum ipsius servi? Respondemus Negative.
- 24 Spoliatus, qui possidebat bona fide rem, aqua dejectus est, habet interdictum, unde vi adversus Dominum spoliantem.
- 25 Sed jam pullulat celeberrima, & sane difficilima quæstio, utrum ille qui erat injustus possessor, sit omnino restituendus, si fuit spoliatus, & dejectus à possessione ipsius rei, quam injuste possidebat? Affirmative Respondent qui veritatem diligunt.
- 26 Eadem resolutionem ampliamus ad casum, in quo jam constabat dejectum, & spoliatum esse notorie predonem.
- 27 Uxor habet interdictum, unde vi adversus omnes, qui eam spoliaverunt à possessione rei, quam illi maritus donaverat.
- 28 Predo qui vere est spoliatus, habet interdictum adversus Dominum spoliantem.
- 29 Spoliatus habet interdictum unde vi, non solum quando est dejectus per vim publicam, sed etiam quando per vim privatam.
- 30 Celebris quæstio est, utrum facienda sit restitutio spoliato, quando dejectus fuit à bonis spiritualibus, quorum injustus erat possessor? Si Negaveris optime dixisti.
- 31 Licet predo habeat actionem ad rem depositam petendam, & recuperandam, nec semper illi restituenda erit.

H
B
18
14(72)

PERICULUM QUINTUM

AD J. C. POMPONIUM LIB. 2. EX PLAUTIO IN L. SI à TITIO 2.
à principio usque ad finem ff. eodem tit. de except. rei venditæ, & traditæ.



PMPTOR, qui primo rem emit à non Domino, præfertur secundo emptori, qui ab eodem venditore jam Domino factò eandem rem postea emit. Intellige tamen, si prima venditio era perfecta, & consumata, antequam venditor ad secundã procederet. Primus emptor præfertur secundo emptori tam in casu, quo res vendita adhuc per venditorem neutri fuit tradita, quam in casu, quo utrique separatim, & diverso tempore venditor eam tradidit, dummodo ipsi primo emptori traditio prius facta sit.

- 4 Aliter vero dicendum est, si secundo emptori prius tradatur, tunc enim ipse præfertur.
- 5 In contractu locationis, re duobus locata, præfertur etiam ille, cui primo fuit tradita, quanvis in celebratione contractus fuit secundus.
- 6 Si autem res locata ipsi primo conductori per hypothecam obligata sit, ad securitatem sui contractus, iste præferri debet, quanvis secundo conductori traditio fiat.
- 7 In matrimonio semper ratione prioritatis temporis regulatur præferentia, quanvis in secundo præcedat consumatio.
- 8 Si Beneficium Ecclesiasticum duobus conferatur, ille præfertur, cui primo fuit collatum, & illud acceptavit, quanvis non ei, sed secundo possessio sit prius tradita.
- 9 Quando res fuit prius vendita Ecclesiæ, vel civitati, vel alii piæ causæ, hæc præfertur, quanvis secundo emptori privato prius tradatur.
- 10 Hujusmodi tamen præferentia non conceditur, quando non venditio, sed solum promissio de vendendo præcessit.
- 11 Quod etiam fortiter affirmamus dicendum circa donationem.
- 12 Si secundus emptor, cui prius fuit facta traditio rei venditæ, adhuc pretium non solvit, vel aliter satisfecit, primo emptori non præfertur.
- 13 Secundus emptor præfertur virtute traditionis, etiam si fraudis cum venditore sit particeps, & satisfiet primo emptori per actionem exempto contra venditorem ad interesse.
- 14 Quod si primi emptoris interfit ipsam rem potius habere ei concedendam esse actionem revocatoriam contra secundum emptorem, supposita ipsius, & vendoris fraude libenter fatemur.
- 15 Ex duobus emptoribus ejusdem rei præfertur ille, cui prius fuit tradita, etiam si à non domino emant.
- 16 Si eadem res à duobus, seu diversis personis non Dominis vendita sit duobus, aut pluribus bona fide ementibus, solus ille præfertur, qui nunc rem possidet, non vero ille, cui prius fuit tradita.
- 17 Quod si neuter ex emptoribus rem possideat, & uterque intendat agere contra tertium possessorem, ille præfertur, cui prius fuerat facta traditio.
- 18 Vendita re uni emptori à domino, & alteri à non Domino, semper ille præfertur, qui emit à domino, sive sit prior, sive posterior, dummodo concurrant circumstantiæ, quas assignabimus in certamine.

PERICULUM QUINTUM

AD 3. C. POMPONIUM LIB. 2. EX PLAUTIO IN L. 21. TITULO 2.




MPTOR, qui primorem empta non deditur per-
fertur secundo emptori, qui ad eodem venditore
tam Domino facto eandem rem per se empta 61
Intelligit tamen, si prima venditio est per se facta, con-
sumat, antequam venditor ad secunda procederet.
Primus emptor, si tunc res vendita, non deditur
in quo res vendita ad hunc per venditorem deditur
fuit tradita, quam in casu, quo utriusque sepe
& diverso tempore venditorum tradidit, hunc
modo qui primus emptor tradidit prima facta sit.

Alii vero dicendum est, si secundo emptori prius tradatur, tunc eam ipse
præterit.
In contractibus locationis, re duobus locat, præterit eam ille, qui primo fuit
tradita, quavis in celebratione contractus fuit secundo traditus.
Si autem res locata ipse primo conductori per hypothecam obligata sit, et
curatam sui contractus, ille præteri debet, quavis secundo conductori
traditus sit. Invenitur tamen hoc non, si contractus in casu 22
In matrimonio temporis ratione prioritas temporis regulariter præterentis,
quavis in secundo precedat continuatio contractus in criminalibus.
Si Beneficium Ecclesiasticum duobus consecratur, ille præterit, cui primo
fuit collatum, & illud acceptavit, quavis non est, sed secundo possessio sit
prius tradita.
Quando res sit prius vendita Ecclesie, vel civitati, vel alii præcedente, hæc
præterit, quavis secundo emptor prius tradatur, & non
Huiusmodi tamen præterentia non conceditur, quando non vendit, sed lo-
cum promissio de vendendo præcellit, ut in casu 23.
Quod etiam fortiter affirmamus dicendum circa donationem, si illud
si secundo emptor, cui prius fuit facta traditio, res vendit, ad hunc præterit
non solvit, vel aliter tradit, prius emptori non præterit, sed
si secundo emptor præterit, tunc traditio est in fide cum venditore
si præterit, & tunc emptor per actionem exempli contra ven-
ditorem ad interit.
Quod si prius emptoris interit, tunc prius emptor si concedit, tunc esse
actionem revocatoriam contra secundum emptorem, si prius emptor, &
veneris tunc de liberate traditur.
Et duobus emptoribus quidem res præterit ille, cui prius fuit tradita, etiam
si non domino emanat, sed in casu, quo non deditur.
Si eadem res a duobus, seu diversis personis non Domino vendita sit duobus,
aut pluribus post se ementibus, solus ille præterit, qui ante rem possi-
det, non vero ille, cui prius traditio est facta, sed ille, qui post.
Quod si neuter ex emptoribus rem possidet, & neuterque intendit agere con-
tra secum possessorem, ille præterit, cui prius fuit facta traditio.
Vendit re aut emptori a domino, & aliter a non Domino, semper ille præter-
it, qui ante a domino, tunc sit prior, si sit posterior, dummodo concurrant
circumstantie, quæ ad præterentiam in certamine.

CONBRICE, Secretarius Gubernatoris, Apud JOANNEM ANTUNES, Anno Domini 1717.

Página de Cotrolo



Conclusiones Juris Civilis

1079